

tisse Monasterii Sancte Clare in Barolo Recipienti tam nomine tuo (*sic*) quam nomine et pro parte dicti Monasterii voluntarie pro remedio anime mee et parentum meorum remisi et quasi tradidi omne ius omnemque actionem competens et competentem mihi quocunque modo ratione vel causa in quadam domo sistente in Civitate Baroli in pictagio Marcicani iuxta domum Ecclesie Sancte Marie et a duabus partibus iuxta vias et si qui sunt confines donata nuper dicto Monasterio per nobilem virum Iohannem de Comestabulo, Ex qua mea remissione et quasi tradicionem nihil aliud, peto a vobis et monasterio supradicto nisi oraciones ad dominum Iehsum christum pro anima mea et parentum meorum. Quam remissionem et quasi tradicionem meam per Guadium et stipulationem sollempnem promisi vobis predictae domine abbatisse ita recipientis tam nomine tuo quam nomine et pro parte dicti Monasterii habere ratam firmam *etc.* anteposui omnia et singula bona mea *etc.* Contra que si fecerimus pene nomine componamus vobis et dicto Monasterio uncias auri duas et totidem Curie predicto Notario penam ipsam pro parte Curie *etc.* Renuncianti expresse et ex certa scientia consuetudini Baroli qua cavetur quod pena apposita in contractis nullum sortitur effectum. Maiori quoque securitatis causa corporaliter iuravi vobis ad Sancta dei Evangelia predicta vobis omnia *etc.* Quod scripsi ego predictus Magister Spina publicus Baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*Segue il segno*).

† Iohannes de Cantore q. s. Iudex (*segno*).

† Ego Nicolaus Bartholomei de sire Leonardo testor.

† Bartholomeus f. Leonardi testatur.

N. 28.

A. D. 1310

(5 gennaio; Indiz. VIII)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatorio</i>	<i>Magister Spina not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio quadrangolare m. 0,23 per m. 0,23.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	I fratelli <i>Gualterius, Guillelmus et Angelus de gactis</i> barlettani, figli di <i>Riccardus de Gactis</i> , assegnano <i>pro anima</i> a <i>Bartolomeus de Luca cassarius</i> di Santa Maria Maggiore di Barletta, una casa <i>orreata</i> sita in <i>pictagio Marcicani</i> , sotto pena di quattro once d'oro.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ab Incarnatione domini nostri Iesu Christi Millesimo Trecentesimo decimo. Regnante domino nostro. Roberto dei gratia Serenissimo Rege Ierusalem et Sicilie ducatus Apulie et principatus Capue provincie forcalgueri et pedimontis Comite Regnorum suorum anno primo. Mense Ianuarii Quinto die eiusdem Octave Indictionis apud Barolum. Nos Gualterius Guillelmus et Angelus de gactis fratres filii qd. Riccardi de gactis Barolitani Cives, Epitropi dispensatores et executores testamenti conditi olim per dictum Riccardum de gactis patrem nostrum in ultimis vite sue, actoritate nobis tradita in eodem testamento